GODEFRIDUS ADMONTENSIS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 22r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25959
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ab ierosolimis sacerdotes & leuitas ad iohannem. maligni spes sunt.
qui ad decipiendum hominem saluari cupientem. qui figurat per io
hannem. qui interpretat in quo est gratia dei. omni tempore pfidie sue la
queos tendunt. Nam que non possunt in carnalib' temptare uitiis.
ab ipsis que agit bonis. materiam sumunt seductionis. Hoc notat
nobis uerbum illud. miserunt ab ierlimis. Ierlima namq; interpretat
uisio pacis. qua figurat spiritalis uita. in qua laborat homo ad
pacis & eterne uisionis gaudia. Sed quid miserunt ab ierlimis. Sa
cerdotes & leuitas. Sacerdotes. exprimunt puras & assiduas ora
tiones. quas beatus homo die ac nocte ad dominum insinuat. leuites
seas exprimunt operationes. quib' incessanter exercet se. ut omnipotenti
deo possit placere. Maligni enim spes sacerdotes & leuitas mittunt.
quando ex ipsis uirtutib' que sunt in homine. materiam & occasi
onem temptandi sumunt. ut illud culpe fiat. quod salutem esse debuerat.
ut impugnatores & temptatores nri esse incipiant. quos protectores nri
esse debuerant. Hoc est mittere iudeos ab ierlimis sacerdotes & leui
tas ad iohnem. Quare. Ut interrogarent eum. hoc est ut temptarent eum.
Scilicet de uirtutib' & uirtuosis actib' temptatio. est qua immittunt
maligni spes homini mentis elatio. ut saltem per superbiam prosternant. quos
per uitia carnis superare non possunt. Unde dicunt. Tu quis es. Desi di
cant. Qualis homo. quanto abundas bono. subest tibi prudentia.
non deest temperantia. uales in fortitudine. qua duras persteterant in tua
rectitudine. Sonent hanc malignorum spiritum legationem quod homo
agere debeat. suo nos exemplo beatus iohs informat. Et confessus est
inquit euglista & non negauit. Et confessus est. quia non sum ego xpe. Bis
positum est. & confessus est. & confessus est. quia geminata esse debet confessio. per
quam euacuari & superari debet ista mentis elatio. Necesse enim est. ut
si uerbum istud. tu quis es. ex legatione. hoc est ex immissione & suggres
tione demonum. aurib' cordis illi ita insonuit. quod delectatus est in
illo & iocundatus. in humilitate. penitentia & contritione. confitetur